Perillustri nobilissimoque Viro
CONSTANTINO HUGENIO ZULICHEMIO
Nicolaus Heinsius S. P. D.

ACAD. LUGD. BAT. BIBL.

Carmen illud praestantissimum, quodque Te tanto vates condignum meo proavo vidror appellaro, Lyricorum Graeciam cum Sp. mea volupiate, & non dum satiaty versiandem mihi in posterum propono, annotatis quidem ad margines hic illic nonnullis, quorum pars tamen maior cum reprehensionem aut certam vix mereatur, meam dotis mei, quorum praecipue hoc per quod ne fuit audire audeo. Nobis, in dubia potest videri. Ipsum carmen quaerimus ad rem re. versabor Sadeleti, haud soli valetudini, quae angeat hic quoque, ut adscribendum. Feriae dein caniculares & agrum meum eum eo ani, mi complures, quos fuerit reporis, elisi laudaque magnam ingratos, nunc cum maxime sum experta - perlatumque ad me rebar Gaetoris fratris, filiae Corvisiani, sed illorum hinc domum nuper admodum evocati. bilem atque inexpectatam de gravi parentis morbo nuntium: me alia mi nunc opportunius fuit circumspiendum, qua ad Apollinem cum huic redeam postliminio Musarum. De virgilio autem meo ita prorsus ut ne arbitraris, vir perillustris, ego te meum fa. cum Regium non debuisse offerri, nisi forte probatis una mihi cum meis ad Sirenes ipsum Maronem amotatis aliquot observationibus. Consi. lium tamen mei rationem ne penitus compertam, idque gravis, habeas; cum ab annis ante bellum nuper decretum complures Rex Christianissimus be. nignus oppido me audiendum suis & meis velle ex professo. Oblatum favorem ne omnino admitterem, publicum munus, cui hinc ad. modum eram, apud me evicit. Hanc magni Regis iam prosperam, iam Majestatem certe nostro benigniter cum forte verbo, ut par erat, pro. pitium excolleret, datis Lauciacum ad Marchionem de Leara, qui Regi ab actis, cui novisti, & epistolas dari litteris; rescripsit ille, non stabirum sua fine regium favorem, modo ne quid deesset mihimet ipsi.

Burm. F. 6. a

© Universiteitsbibliotheek Leiden
BURF F 6 a
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/7133

cui esse se auctorem, ut nonnihil e lucubrationibus ~~Re~~ lucem quam
primum donandis Regi dedicatim offerret: aut si id malleus,
scripto quocumque paneggyrico, sive metricam sive solutam oratio-
nis, commendarem posteris Principem, ut aiebat ipse, Magno Alex-
andro rebus praeclare gestis haud quaquam inferiorem. Non mul-
to post aliorum quoque gallicanam aulam procerum sententiam
explorare ~~[illegible]~~ sum aggressus de Marone meo cliente
laetam regiam tradendo: qui et consilium meum perplacere sibi sunt
testati, et suaserunt, ut hanc lucubrationis telam maturarem detexere.
Ceterum cum iam pars maior libri typis esset descripta, supervenerunt
bella longe atrocissima, et in petitum omnem editionis sufflaminarunt.
Quibus nunc vix tandem sublatis sopitisque ipsum e Gallys amici
instare denuo ac tanto acrius urgere, ut ad interruptam calami
tate temporis instituti postliminio redirem. Quare mox ad ducem
Montezerium, cuius singulare erga me studium argumentis
iam olim indubitatis exploratum habebam, misi dedicationem
typis expressam, ut si quid in illa mutandum corrigendumque
censeret, eius tempestive admonerer ante donandum luce
publica libellum; cuius de pusilla forma vel ex hoc specimine
illi abunde potuerat constare. Addidi praeter hoc, non esse
mihi valetudinem eo loco, ut quasi uno lucubrationis decursu
opus omne nunc absolvi perficique posset. praemittendum pri-
mo igitur fore Maronis ipsum contextum, mox secuturas observa-
tiones in illum nostras. Dux humanissimum rescripsit in mo-
dum, cum ipso Rege sibi actum de tota re, nec causam esse, cur
dubitarem Maronem illi munus fore pergratum. Idem non mul-
to post post publicatim iam oblatumque Regi libellum confirma-
vit mihi illustrissimus Pomponius, pro dedicatione libri per epis-
tolam habitis sollemnem in modum gratys, quam Regis iussu
sese profitebatur exarasse. Luculentiora equidem regiae

clementiae argumenta quo iure debeam vel ausim desiderare,
nusquam video. Neque enim spes intempestiva praemii aut ambi-
tio immodica libellum expressit mihi qualemcumque, sed nudae
grati animi testificatio, quam debere me iamdudum intelligebam,
cum longe maiora meritis meis ostenderem consecutus. Non deesse
qui factum id meum carpant in gente procacissima et ad ca-
villandum immane quantum arguta, haud miror me hercules.
Neque enim adeo sum suffenus, ut quod per paucis contigit,
cunctis ubique gentium mortalibus probari aut placere con-
tendam. Sed et aberravit ipse titulus libelli, in anni huius, quo
prodiit numero recte designando: qui tamen typographi
lapsus est, non meus. Annotationes porro, quas dixi, ut mati-
ren propere, non unus ex amicis Gallicanis haud intermittunt
flagitare. Et haec quidem hactenus. Valetudo cum eas meli-
us utcumque procedat, cupiam equidem ante tempestatis hiber-
nae insultum moliri excursum brevem in aulam Paderbor-
niam. neque alio id nomine quam ut tralatitia defungar gra-
tulatione apud Principem optimum, ingentique accessione
honoris cumulatim nuper: sed diffido viribus, metuoque
ne itinerum incommodo parum hoc respondeant, post mor-
bum praesertim gravissimum ac diuturnum. Ad Amplissimum
Zeelsenium litterarum nonnihil sum daturus propediem: nunc
quaeso salveat meis verbis plurimum. Vale, vir summe,
et mihi nominis Huigeniani longe studiosissimo favere, ut
solebas, in posterum perge. Exarabantur viam ad
Leccam. CIↃIↃCLXXIX. a.d. VII Sept. Gregor.

Illustrissimo Duci Montauzerio

Illustrissime et Excellentissime Domine,

Nudius tertius ad me perlati sunt e Gallis Romani scriptores non pauci
in eruditos Serenissimi Delphini usus luce publica nuper admodum donati, no-
vum praedamque munificentiae iuxta ac benignitatis ergame tuae argumentum: ut
quoquo per abditos bibliothecae meae recessus aciem oculorum circumferam, oc-
currat illic creber et praesto sit, suique memoriam hoc in animo excitet tantum non

assiduam grande rerum mearum columen Heros Montauzenus. qua quidem
recordatione nihil iucundum magis aut optatum mentem mihi pertonaret intimam,
nisi una iustissimus subori retur pudor tot tuorum tamq; ingeniorum in memoriorum,
quibus quod reponam hactenus non habeo praeter nudam eamq; flagrantissimam
bene de Te vicissim merendi, quamvis impari conatu, voluntatem.
Adorat mihi forte Iohannes Georgius Graevius, vir ut bonarum artium cultura
perpulchre instructus, ita inter praecipuos nominis tui miratores iure optimo
numerandus, quando insperatim munus ad me pervenit. Nec occasionem
mehercule tam opportunam praetori repassi sumus nuncupandi vota
pro sacratissimi capitis tui incolumitate, in qua dignitas litterarum ac salus
unicam nunc sui fiduciam propemodum repositam habent. Valetudo
mea, Vir illustrissime, (de qua fortasse cognosse nonnihil haud quaquam
ingratum Tibi futurum est) praeter Medicorum ac meam exspectationem res-
pirat nunc utcunque atque intermittit quodammodo saevire: confirma,
tam enim haud ausim appellare. Sed ab autumni huius caelo parum
temperato et ab hibernis, quos videmur iam imminere, mensibus pericu-
lum est non leve. Si tamen haud prorsus inclementer mecum pergetage-
re, nihil antiquius habebo, quam meis in Maronem castigationibus luci-
nadendis manum supremam ~~imponere~~ admovere. Deus Te conservet diutis-
sime in commune gaudium bonorum litteratorumq; omnium.
Illustrissime et Excellentissime domine,

Excellentiae vestrae
infinitis obstrictus nominibus
Nicolaus Heinsius.

Burm. F. 6. a

© Universiteitsbibliotheek Leiden
BURF F 6 a
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/7133